P. Bernard.

Vituperium linguae.

XXIII.

Oratio prima.

Etsi Audit: Human. tum ob singularem loci huius opportunitatem, tum ob maximam Conspectus vestri laetitiam, dieique ipsius ac temporis commodissimam ad perorandum aptitudinem aures vestras ornato verborum lenocinio demulcere desiderem, tamen desiderium istud meum haud modico pavore, terroreque quasi retorquet vehemens Ambrosii viri, Praesulisque sive tam eximiam probitatis sanctitatem, sive ad excellentem scientiae doctrina clarissimi acclamatio: Plures namque (clamat) vidi loquendo in peccatum incidisse, vix quemquam tacendo! Qua de causa vehementer vereor, ne et ego loquendo peccati discrimen adeam, atque incurram, cum de re tali sim dicturus, quae et mortem, et vitam conferre solet. Adhuc autem vehementius vereor, timeoque, ne vos taedio magis, quam gaudio mihi auscultandi afficiam. Vehementissime